

se morti, multis bissecutis, mortis maxima te mortales invictus invenerunt
qui receperat a homino Petram de Mauro obsederunt.

Quando Faventini Petram de Mauro obsederunt.

CAP. CVI.

Anno mccc primo *[a]* Faventini Petram de Mauro tamdiu acerrime obsederunt, donec, ad quam optaverant, pacem venire compellunt comitem Guidonem. Sed, proh nefas! *[b]* Faventinis domum reversis, et capti*s* quos habebant dimissis, unum solum quem comes habebat, spreta *[c]* sacramenti religione, nequaquam dimisit. Quare cives, quasi ludibrio*d* dediti, vehementer in consules sunt accensi.

*Quando coronatus est dominus Henricus in imperatorem
et domina Constantia in imperatricem.*

CAP. CVII.

Item, anno mc nonagesimo i *[d]*, exercitus domini Henrici magnus et terribilis, per v hebd^madas *[e]* resedit in comitatu *Amalae*. In Resurrectione vero Domini, corona*t* natus est dominus Henricus in imperatorem, et domina Constan*t*ia a Romano Pontifice Caelestino *[f]*. In festate autem Salernum, Capuam et fere totam subjugavit Apuleam *[g]*; asserens regnum Apulie atque Siciliæ per successionem ad suam pertinere uxorem, mortuo absque liberis rege Guillelmo. Sed barones de regno, eo prohibente, Tancredum in regem elegerunt *[h]*. Porro, cum civitatem Neapolim per plures tempore festivo*i* obseditset menses, infirmitate non parva exercitum insidente, Salernitani proditores nequissimi imperatricem Constantiam *[h]*, quae ibi morabatur, reclamantem et renitentem ad regem Tancredum Palermum per Margaritam piratam *[i]* miserunt.

Quando fuit maximum diluvium.

CAP. CVIII.

Anno Domini mcccii fuit maximum diluvium aquarum in mense Junii, in p^rrisque partibus Italie*j*, et maxime in comitatu Faventino. Nam aqua*k* Alamonis et Si-

[a] Anno mccc primo, C. M.; mcccii, C. V. — [b] proh nefas! C. V.; pro nefas, C. M. — [c] spreta. Sic lego. Spleta, C. M. — [d] Anno mc nonagesimo i, C. M.; anno mclxxxii, C. V. — [e] per v hebd^madas, C. M.; per quinque hebd^madas, C. V. — [f] Pontifice Caelestino. Supple: iii. — [g] subjugavit Apuleam. Sic Codd. hic. — [h] Imperatricem Constantiam. Sic lego. In C. V., Imperatricem C. — [i] Margaritum piratam. Sic Codd.; vulgo, Margaritone, apud Cl. Muratorium satis celebrem.

[A] Tancredus in regem fuit electus, juxta Muratorium, anno 1189.